IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 149v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



sed scdm qꝫ disposuisti eis

Terminū posuisti aquis maris occeani nec conuertent operire terram sicut fecerunt tempe diluuij quod totum mundū occupauit

Qui emittis fontes in conuallibus quia de montibus fluunt aque in valles et aque fluentes ꝑtransibunt de loco in locū inter medium montium ad sustentacionem viuencium. vnde sequitur

Potabunt omnes bestie agri et reficientur onagri in siti sua

Sup ea que dicta sunt montes et valles et fontes volucres in aere volantes habitabunt et de medio foraminū petrarū dabunt voces cantando

Tu es Rigans montes de nubibus pluuias generans sup montes et de effectu pluuiarꝫ que sunt opa tua fecundabitur terra

Producens fenū iumentis vn ipa nutriantur et herbam ut seruiant hominibus que ꝓpter hoc facte sunt vnde sequitur

Sustentas autem iumenta Ut educas frumētū et talia de terra ad sustentacionem hūane vite et vinum letificet cor hominis

Tu es etiam ꝓducens Oleum ad condimētū ciborum natura eīm olei est ut multū foueat carnem et reddat hylarem, et panis cor hominis confirmet siue roboret Et ex pluuia Humectabuntur arbores campi ad eorum nutrimentū et fructificacionem et cedri libani quas plantauit dominꝰ illic. i. in cedris passeres animalia minuta nidificabunt

Herodij qui rex passerum dicitur nidus est in cedris montes excelsi sunt refugiū ceruis et cauernosa loca refugium ermacijs, que animalia parua et spinosa esse dicuntur